

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Monumentum Pietatis, Quod Honori Et Memoriae Viri
Magnifici, Nobilissimi, Prudentissimi, Et meritis in
Patriam inclyti, Dn. Danielis VVenckeri, Reipubl.
Argentoratensis Consularis Amplissimi ... Die ...**

Wencker, Daniel

Argentorati, 1675

[urn:nbn:de:bsz:31-135548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-135548)





.60.
MONVMENTVM PIETATIS,
Quod
HONORI ET MEMORIAE

VIRI
MAGNIFICI, NOBILISSIMI, PRUDENTISSIMI,
Et meritis in Patriam inclyti,

DN. DANIELIS
VVENCKERI,
REIPUBL. ARGENTORATENSIS
CONSVLARIS AMPLISSIMI,
COLL. XIII. VIR. ASSESS. GRAVISSIMI,
*Et Collegii Wilhelmitani Præfecti Optimi,
verè Patris,*

*Die XXVI. Januarij MDCLXXV. ex mor-
taliū cœtu ad civitatem viventium lugubri, sed salutari
fato translati,*

confecrarunt
COLLEGII WILHELMITANI
ALUMNI,
*Communi Patriæ, ob præmaturum tanti
Viri obitum, clade tacti.*



ARGENTORATI,
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

MONUMENTVM PIETATIS

HONORI ET AL MORIAE

ANNO DOMINI 1707

DN DAVID

RECTORI

REIPUBLICAE ALTIORUM

CONSVLIVM

COLLEGIUM

Die 17. Junii 1707

COLLEGIUM

ALTIORUM

CONSVLIVM

COLLEGIUM

ALTIORUM

CONSVLIVM

COLLEGIUM

ALTIORUM

CONSVLIVM

COLLEGIUM

ALTIORUM

1707



Iderat immerfam scelerum ter sancta tenebris
Alfatiam Vindicta DEI, Martemque repente
Tunc in Belgarum Ponto validisque furentem
Urbibus accersit, dictisque sequentibus infit:
Horride terrarum Mavors vastator, & iræ
Ultrix virga meæ, non desinit Alfata pectus

Terra suis nostrum meritas accendere ad iras
Criminibus; pœnasque mihi te Vindice pendet.
I, citò Rhenanas incendia transfer in oras
Bellica, da strages populis, accende cruenta
Prœlia, & humano satiandas sanguine flammæ,
Dixerat: Extemplò Mavors truculentaq; junctis
Agminibus Bellona Dei mandata sequuntur,
Et circumcircà totam crepitantibus armis
Alfatiam complent; subitò bello omnia flagrant.
Ac breviter, (quis enim tantam absque horrore malorum
Longius exponat molem?) quam bellicus urbem
Non in perniciem stravit furor? unica justam
Argentina Dei precibus pacaverat iram;
Hanc usque intactam Mars indignatus atroces
Elusisse minas frangam Te, denique frangam,
Argyroke, dixit, funestaque castra secutam
Accersit Mortem, quam dictis instruit istis:
Mors, tibi cuncta patent, quo torto hastilia ferro
Quò bombardæ sonans, quo non penetrare phalanges,
Armataeque acies possunt, tua spicula possunt.
Hæc urbs (Argyropen dicunt) huc usq; minacem
Hanc dextram effugit, verum, nî seria fallit
Me vindicta DEI, non sic tua spicula ludet.
I, pro me spretas vindex ulciscere vires,
Lethiferisque urbem morbis ac cædibus imple,
Quam non Mars rigidus potuit, Mors pallida flectet.
Hæc ubi dicta, citò (Deus hoc indulserat illi)
Mors petit Argyropen, cædens hinc inde per urbem
Nunc hunc, nunc illum, charissima pignora quæq;
Sed qualis spatiosa domus, cum tecta sonorâ
Grandine quassantur, dejectaque tegula pronò
Decidit ad terram lapsu, stat, marmore firmo
Nixa columnarum; satis hæc sic funera nondum

Senferat

Senserat Argyrope, sed adhuc suffulta columnis
Firma suis steterat, quod cum mors sæva videret,
Mene meis tantum telis dare singula posse
Vulnera? non fero, non! inquit, tantilla rapacem
Funera non fatiant rictum, quid spicula tantum
Plebejis maculo fatis? non regula lapsa
Hanc placat pharetram, sed subvertenda columna est,
Centenumque uno faciendum funere vulnus,
Argentina, tibi, Domini modò vindicis ira
Me juvet. Irato vix hæc effuderat ore,
Cum gravidâ telum promit prægrande pharetrâ,
Impositumque arcu, dextrâ torquente per auras
Excutit, (infelix jactus!) TEque, Inclyte Consul,
TE nostræ Patrem Patriæ, celsamque columnam
(Heu dolor, heu!) WENCKERE ictu prostravit acerbo.
Proh dirum funus! proh insanabile vulnus!
Quid fleat Argyrope, quid Curia nostra queratur,
Quid mœsti plorent cives, quid pulpita docta,
Nunc taceo. Sed jam nostrum pietate dolorem
Testari poscente decet. WENCKERE Beate,
Præfectum, Patrem, (seu quo Te nomine vera
Appellare potest pietas,) hac morte dolemus
Ereptum nobis. Monumentum hoc accipe, honori
Virtutisque Tuæ, Tibi, quod, Præfekte, Tuorum
Ponit alumnorum tristi nunc obruta luctu
Concio. Defunctis requiem pacemque precamur
Ossibus, & similem Patriæ nobisque Parentem.
Ac quamvis TE fata quidem nunc invida nobis
Eripuere, tamen meritorum fama Tuorum
Dum celer & flexo sinuosus gurgite Rhenus
Transluet Argyropen, post ultima funera vivet.
Tu verò, Ter sancte DEUS, meliora remitte
Tempora, atrox compeſce malum, concede SUPERSTES
ORDINIS ut PRÆSES Martis Mortisque cruentas
Has inter strages morbo defensus ab omni,
Et felix Pylios nobis servetur in annos.

F I N I S.



